



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

13 Si duo praesentati aequa idonei ab examinatoribus fuerint judicati,  
electio dignioris ad quem spectet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

norum præscriptio cum tit. colorato, de quo per Gonz. *super reg. cancellar. gloss.* 18. numer. 57. sed procedit, & habet locum tantum in præscriptione unius patroni contra alium, non autem adversus ecclesias, Lambert. *de jur. patr. 2. lib. 3. art. 5. qu. 11. princip.*

9. Licet tamen Episcopis & præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere, &c. si ad inferiores institutio pertineat ab Episcopo, ut infra dicetur, sunt examinandi, alioquin institutio ab inferioribus facta est irrita, & inanis, ut in eod. cap. 9. §. ad hæc. Nec sufficit, quod præsentatus ad beneficium curatum fuerit altas examinatus, & approbatus ab alio Ordinario ut in eadem decis. super cap. 9. in verb. & in an. & comprehenduntur Abbates, commendatarij, & quicunque inferiores quacunque exemptione muniti, etiam si ordinariam jurisdictionem haberent in locis beneficiorum, ut in ead. decis. vers. & comprehenduntur, & etiam Sedis Apostolicae Nuacij, ut in cap. 13. de reform. sess. 7.

10. Examen vero & præsentatorum ad parochiales jurispatronatus laicorum fieri debet coram Episcopo, vel ejus vicario ab examinatoribus in synodo diœcesana deputatis, tribus, non paucioribus, ut in aliis vocationibus, de quibus per concursum est providendum, ut in c. 18. de refor. sess. 24. & ibi in decis. manuscr. §. tres. ex illis, Pius V. in Bull. de coll. Paroch. cap. 32.

11. Nec & licet patrono cuiusvis privilegij praetextu, aliquem ad beneficia sui juris patronatus, nisi Episcopo loci ordinario, ad quem provisio, seu institutio ipsius beneficij, cessante privilegio, jure pertineat, quoquomodo præsentare, alias præsentatio, ac institutio sequitur nullæ

sunt, & esse intelliguntur, concil. Trid. c. 13. sess. 14. d. c. 18. post. med. de refor. c. illud, & c. relatum, de jur. patr.

12. Sufficit tamen ad parochiales jurispatronatus & laicorum unum tantum præsentari, qui si minus idoneus fuerit, est repellendus ex supra allegatis, quod est speciale in jurepatronatus laicorum, ut non requiratur concursus, licet possit patronus plures præsentare, ut in concursu inter eos examinantur, & ita in congreg. concil. fuit decisum, ut in decis. super eod. cap. 18. §. cum verò institutio. sess. 24. sed si jurispatronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatorebus judicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur, concil. Trid. eod. cap. 18. post. med. vers. si verò jurispatronatus, & hoc casu, & si duo & que idonei ab examinatorebus fuerint judicati, ad patronum electio dignioris spectat, ut in d. decis. super eod. cap. in verb. judicabit. Cum verò institutio ab alio, quam ab Episcopo erit facienda, non ad patronum spectat electio, sed tunc Episcopus solus ex dignis digniorem eligere debet, quem patronus præsentet ei, ad quem institutio spectat, ut d. cap. 18. post. med. vers. verò.

13. Juspatronatus laicorum à jurepatronatus Ecclesiastico & in aliquibus difficit, quoniam patrono laico ad parochialem ecclesiam sufficit unum præsentare, ab ecclesiastico verò plures sunt præsentandi, ex supra allegatis & licet Papa derogare possit, non tantum jurispatronatus ecclesiastico, sed etiam laicorum gloss. communiter approbata in clem. 2. in verb. Apostolice de prab. Abb. in cap. cum dilectu circa 18. 18. 18.